Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift

÷ materiam pertinet. Nam ille sub talis non ventosi ac procellosi motus non persentit conquiescere. ad celestem

occidit. appellaturque boreus. alter australis qui numquam videtur. et austro nothus
dicitur. Et dicti poli quod sint axium cicli ex usu plaustrorum a poliendo scilicet nominati.
Sed polus boreus semper videtur. austronothus numquam. quia dextra celi altiora sunt. pressa
austri. Convexa. extrema celi sunt a curvitate dicta. Nam convexum curvum est Convexa.
et inclinatum. et in modum circi flexum. Lacteus circulus via est que in spera videtur
a candore dicta. quia alba est. quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol. et ex splendo
ris ipsius transitu ita lucere. Habitatio ista celi circulorum distinc De circulis celi.
ta zonis. quasdam partes temperie sua incolere permisit. quasdam negavit. enor
mitate frigoris. aut caloris. Zone autem ipse v. sunt. que ideo zone vel circu
li appellantur. eo quod in circumductione spere existunt. Quorum primus circulus ideo
arcticus appellatur. eo quod infra eum arctorum signa inclusa perspiciuntur. Que axis in ur
sarum speciem ficta. septentrionis appellatur. Secundus circulus exeotherinos tropicus dicitur.
quia in eo circulo sol aquilonis finibus estatem faciens ultra eum circulum non transit. sed statim
revertitur. et inde tropicus appellatur. Tercius circulus himerinus quem latini ideo equinoctia
lis appellant. eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit. equinoctium facit. Himerinos
enim latine dies dicitur atque nox. quo circulo dimidia spere pars constituta perspicitur.
Quartus circulus antarcticus vocatur. eo quod contrarius sit circulo quem arcticon nominamus.
Quintus circulus cimerinus tropicus. quem latini hiemalis sive brumalis appellant. ideo
quia sol cum ad eum circulum pervenerit. hiemem his qui ad aquilonem sunt facit. estatem autem
his qui in austri partibus commorantur. Zodiacus autem circulus est. Aer est inani De aere et nubibus.
tas plurimum habens admixtum raritatis quam cetera elementa. De quo virgilius. Lon
gum per inane secutus. Aer dictus a no to a p ei n. ab eo quod ferat terram vel ab eo quod
feratur. Hic autem partim ad terrenam. partim ad celestem pertinet partem. Iste vero tur
bulentior quam exalationibus humidis corpora scilicet terre deputatur. quia ex se
multas species reddit. Nam commotus ventos facit vehementius concitatus ignes et toni
trua. contractus nubila. conspissatus pluviam. congelantibus nubibus nivem. turbulen
tius congelantibus densioribus nubibus grandinem. distentus serenum efficit. Nam aerem
densum nubem esse constat. nubem rarefactam et solutam aerem. Nubes dicte ab Nubes.
obnubendo id est operiendo celum. Unde et nupte quod vultus suos velent. Unde
et neptunus quod nubat id est mare et terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit.
Venti autem aerem conglobant. nubesque faciunt. Unde est illud. atque in nubem cogitur
aer. Tonitruum dictum. quod sonus eius terreat. Nam tonus sonus. Qui ideo interdum De tonitruo.
tam graviter concutit omnia. ita ut celum discidisse videatur. quia cum procella vehemen
tissimi venti nubibus se repente immiserit. turbine invalescente exitumque
querente. nubem quam excavaverat impetu magno perscindit. ac sic cum horrendo